

jus in rem, jure belli, dummodò res sit nullius. Nam si res est alicujus, non magis illam lædere aut auferre licet, quàm alterius servos occidere, aut alterius perfugas recipere. Si igitur alterum alter vel in *persona*, vel *rebus* suis læsit, dat ei jus quod habet in rem seu jus belli. Est autem & inter læsionis species deceptio perniciofa, quâ damnum datur *menti*, ex quo descendit servandorum promissorum necessitas. Ex quo patet Juris Naturæ meri unicum præceptum esse: *Neminem ledere*, ne detur ei jus belli. Huc pertinet Justitia Commutativa, & Jus, quod *Grotius* vocat Facultatem.

§. 73. *Æquitas* seu æqualitas, id est, duorum pluriumve ratio vel proportio consistit in harmonia seu congruentia. Et coincidit cum Principiis *Aristotelis*, *Grotii* & *Feldeni*: Hæc requirit, ut in eum qui me læsit, non bellum internecinum institutam, sed ad restitutionem; arbitros admitti, quod tibi nolis, alteri non faciendum; item ut puniatur non  
tàm